



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 83. Excommunicatio Benedicti in omnes cessionis Fautores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Legati Franciæ nonnullis suorum Romæ ~~secul.~~ **XV.**
 relictis, iter aggressi sunt. Abiere quo- **A. C. 1407.**
 que Benedicti Oratores, eum in Insula
 sancti Honorati conventuri, una ex Leri-
 nensibus Insulis ad littora Provinciæ sita,
 ad quam Benedictus ob pestem Massiliæ
 latius grassantem se recepit.

§. LXXXIII.

Excommunicatio Benedicti in omnes cessionis Fautores lata.

Edictum de subtrahenda obedientia
 conditum haud ignorabat Benedictus,
 quamvis eidem communicatum non fuis-
 set. Interim vero, dum Legati Romæ
 omnem adhibent operam, ut Gregorio
 viam cessionis efficaci conatu suaderent,
 Galliarum Rex ineunte anno Oratores
 suos, Joannem Castromorandum, & Joa-
 ninem Tursajum ad Benedictum alegat,
 qui ei insinuarent, nisi usque ad proxi-
 mum Ascensionis festum unio Ecclesiæ
 restituta esset, nec Regem, nec ejus Cle-
 rum, nec ullum Franciæ subditum haud
 amplius ipsi æque ac æmulo suo obe-
 dientiam delatus, sed deinceps, neutri
 Pontifici adhæsuros. Benedictus ejus-
 modi propositione, velut fulmine tactus
 Legatis respondit, se per Viros, quos ad
 Regem missurus esset, ultimatam suam
 senten-

Sacul. XV. sententiam eidem insinuaturum: Nec
A.C. 1,07 promissum diu distulit Papa; brevi enim postmodum duos tabellarios ad Carolum Regem misit, qui quarta decima Maji Lutetiam delati huic Monarchæ Bullam ex Portu-veneris die decima octava Aprilis datam exhibent, in qua Regi declarat, eundem, si propositum, quod de obedientia utriusque Pontifici deneganda moliretur, executioni daret, non solummodo incursum poenas a jure latus, sed etiam in alia Bulla sanctitas, quam ideo se Regi mittere, inquiebat Benedictus, ne coram Deo, quod sui officii esset, aliquid praetermississe arguereur.

Posterior hæc Bulla data est Massiliæ decima nona Maji Anno reparatae salutis millesimo quadringentesimo sexto. Benedictus in ea anathemate percussit omnes, qui quocunque pacto, directe, vel indirecte ejusmodi editio de obedientia utriusque Pontifici subtrahenda in Galliis nuperrime concepto acceperunt, cuiuscunque demum conditionis essent, sive Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, sive Imperatores, Reges &c.; insuper declarat, ab hoc excommunicationis vinculo neminem, nisi solum Papam, excepto articulo mortis, absolvere posse, quin etiam in posteriori hoc casu taliter absolutum, si sanitati restitueretur, absque omni mora sedem Apostolicam adire teneri,

Nec
 enim
 Caro-
 Maji
 illam
 ya A.
 larat,
 entia
 retur,
 incur-
 d e-
 eo se
 , ne
 quid
 miliae
 e fa-
 exto.
 cellit
 e, vel
 entia
 alliis
 ius-
 sive
 copi,
 r de-
 vin-
 xce-
 quin
 ab-
 que
 te-
 eri,
 neri, ut præstita satisfactione, admissi cri-
 minis veniam precaretur; si vero secus Sæcul. XV.
A.C. 1407.
 fecerit, excommunicationem nullatenus
 sublatam censeri. Addit quoque, si intra
 viginti dierum spatum a die publicatæ
 sententiæ præfati excommunicati in su-
 scepto persisterent consilio, Ecclesiasticos
 omnibus suis dignitatibus, ac Beneficiis
 privatos, sæcularium vero ditiones, nec-
 non Universitatem Parisiensem interdicto
 subjectas esse. Præterea in hac Bulla
 omnes subditos a juramento fidelitatis
 absolvebat, cuncta feuda, ac bona immo-
 bilia, quæ dicti Domini ab Ecclesia ade-
 pti sunt, fisco adjudicabat, eaque aliis con-
 cedebat Ecclesiis, quantum de eorum
 bonis jure possidere possent. Iisdem quo-
 que excommunicationis, atque interdi-
 cti poenitentia subjecit omnes Personas, sta-
 tus, Respublicas, Urbes, castra, Acade-
 mias, Collegia, & Communitates, quæ
 vel directo, vel indirecto modo subtractio-
 ni faverent, aut subtrahentibus quovis
 pacto auxilium præstarent. Cum vero
 hæc Bulla, licet jam expedita esset Men-
 se Majo anni millesimi quadragesimi
 septimi, tamen non nisi anno sequenti ad
 Regem transmissa fuisset, ideo ea, quæ
 currente hujus temporis intervallo gesta
 fuere, præmittere oportet.

§. LXXXIV.